UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 32. De obitu hujus Cardinalis

urn:nbn:de:hbz:466:1-66507

Visual Library

dringenteſimo quinquageſimo, ætatis ſuæ ferme ſexageſimo. Sæcul. XV. A C. 1450.

§. XXXII.

De obitu hujus Cardinalis.

Nonnullorum Scriptorum fide diſcimus, hunc Cardinalem in quadam Sabaudiæ Abbatia, quæ Altecumba dicitur, haud procul a natali ejus ſolo diſſita, ſupremum obiiſſe diem. Alii econtra referunt, mortuum fuiſſe in alio quodam Sabaudiæ loco prope Lacum Lemanum; ſepultum vero primo Lauſannæ, poſtea, ut communis omnium ſententia fert, modico poſt ejus obitum tempore ad Eccleſiam Cathedralem Arelatenſem, vel ut ſatis vero ſimile eſt, Salenam translatum fuiſſe. Vir erat in vita ſua ſanctitatis fama clarus, quæ etiam miraculorum ad ejus ſepulchrum patratorum ſplendore adeo excrevit, ut ipſa Ferrarienſis, & Florentina Synodus, necnon Eugenii felicis recordationis Papæ fautores in ſummam admirationem raperentur.

§. XXXIII.

Idem Cardinalis a Clemente VII. Papa Beatorum numero adſcriptus.

Quinimo, quos vox populi hucusque elingues facere haud poterat, tandem